

Lignum vita

continentia & restringere, ut subiectorum vitia valeat sine rubore perstringere, & corriger, & per experientiam sanare. Deinde vt prudentia & discretione decorrentur, indigent, quatinus sciant, quid, quando, & quomodo cuncta debeant disponere. Tertio student posidere iustitiam, per quam absque personarum acceptione vnicuique tribuant quod suum est. Postremo vt caritate Dei & proximi ardeant, nec fariam est, vt nec producere contemplationis proximo ministrare negligat, nec pro utilitate proximi Deo per contemplationem vacare postponat. His fructibus, hisque virtutum laboribus referunt prestantes pertingunt ad perfectionem. Aliisvero quatuor virtutibus ornari debent certantes in subiectoris studiis, si ad culmen perfectionis satagunt peruenire. Nam ante omnia dicant per patientiam virtutem immisias tentationes, illata conuicti, & proximorum errata aquanimitter tolerare. Deinde voluntate propriam & sensum potestatice per obedientiam retundere. Subsequenter contendant mentem & affectum virtute spei ad coelestia erigere. Ultimo hoc non ignorant, absque dubitate illos adepturos esse hic perfectionem, & in celis aeternam gloriam, si strenue per virtutem perseverant omnes labores & cunctos contrarios eventus gaudenter tulerint. Hac est subiectorum regula sub compendio. Qui scientes autem, quorum studia semper debent unioni diuinæ bonitatis per internam exercitationem intedere, si & ipsi concupiscunt ad perfectionem sui status attingere, vt nutriantur neccesse est reliqui quatuor virtutum fructibus. Primo nanque vt abrenunciem per paupertatem voluntariam omnibus temporalibus vissu & affectu. Subsequenter gula appetitum per virtutem sobrietatis restinguant. Postea vtroque composito homine in profunda Dei & sui cognitione per humilitatem se collocent, vt opificis aeterni munera absque sui praejudicio recipere queat. De quo gradu fiducialiter, & iucunda mente ad virtutum matrem, sanctam videlicet orationem, alacri festinatione transcendent, in qua tanto vehementius proficiunt, quanto in peragendis & conseruandis quæ Dei sunt, sollicitiores existunt. Perueniunt hi ad contemplationem & Dei vniom, quæ omnium donorum in quicunque tubis gerit prærogatiuam. Illi sunt fructus ligni vita. Hi nempe sunt sub breuitate distincti gradus virtutum, quos in cordibus suis disponunt, qui Deo placebunt & desiderant. De ipsis enim virtutibus latius infra dicetur. Et primo de ipso ligno, scilicet de dono timoris, deinde de fide, quam radicem huiusse posuimus. In fine de ipsis virtutibus sigillatim fierent tractatus, quæ sub appellatione fructuum ipsius ligni supra memorates sunt. Immitte ergo o' celestis amor, ò indeficiens fons voluptatis eternæ, radios almae sapientia tua in cor seru tui, quem vtcunq; perfudisti intima caritate. Illustra oro domine intellectum meum, vt valeam duce gratia tua referare supradictarum preconia virtutum, effectus, & perfectiones, quatinus detur legentibus forma profectus spiritualis, & laudis tua additamentum. Ad hoc enim condidisti nos Deus noster, gaudium, & fortitudine nostra, vt agrum cordis nostris excolamus, diligenti cura de ipso eradendo vita, & virtutes inferendo, vt possit tibi factori nostro fructum afferre iustitia. Præterea vt crescamus in lumine tuae veritatis, & accendamus ardore

tuae caritatis, ac per hoc iuge medulatimque sacrificium tibi offeramus regi cœlorum, scicque actu & affectu imitemur beatoru spiritus, qui sine cessatione tuae promunt maiestati dignas laudes, de quibus dicitur, Beati qui habitant in domo tua domine, in seculum seculi laudabunt te. Sed quoniam clementis simè domine exprobasti & improbasti per famulum Prophetam tuum peccatorem assumētem & profertenem iusticias tuas per os suum, oro dulcedinem bonitatis tuae, vt digneris mundare cor & labia mea, quatinus pura conscientia & absque pudore annunciare valeam verba sancta tua, tam pro tua magnifica gloria, quam pro legentiū utilitate. Quia non nobis Domine, sed tibi & tuis propter te vivere debemus, qui es omnium donorum elargitor munificus, & per secula benedictus.

EXHORTATIO AD AVDIENDA QVAE DILEC-

cenda sunt de timore domini,
& de ipsis timoris de-

scriptioni-

bus.

C A P. I.



Mines sicutientes venite ad aquas diuinas sapientia, & qui proficiendi in virtutibus zelum habetis, aurem præbere, properate absque cunctatione, intelligite que dicuntur, & opere completere fatigite. Videte opera domini, & quanto pro mortali bus fecerit, animaduertite. Spiritualem plataluit paradisum sanguine suo, lignum vite plataluit in ea, viam virtutum stravit ad patriam exemplo suo, ianuam coeli certibus patetfecit. Omnibus pater ingredi volentibus. Nulla artas, neuter excluditurexus. Dominus omnium omnibus omnia communia fecit. Neminè perire patitur accedentem ad se. Quis igitur se poterit excusare, quis dissimulare audebit, aut sine tremore contradicere valebit. Donis namque suis conuincit nos, promissis suis ligat nos, ac minus suis terret nos. Stat ipsa incarnata sapientia, dat in plateis latissime caritatis voces suas, & ait. Vtiquequo parvuli diligunt infantiam, & stulti ea quæ fibi nobilia sunt cupient, & imprudentes odibunt sapientiam. Conuertimini ad corruptionem meam. En proferam vobis spiritum meum, & ostendam verba mea. Qui enim me audierit, absque terrore erit, & abundantia perfuerit, malorum timore sublatu. Venite psal. 33; (inquit) filii, venite, & audite me, quia timorem domini docebo vos. Non curvis siderum, non rerum naturas, neque celorum secreta, sed domini timorem docebo vos. Horum scientia sine timore inflatur, timor autem domini absque scientia illorum saluat. Beatus nanque vir, non qui multa nouit, sed qui dominum timet, & in mandatis eius volet nimis. Quoniam potens erit in terra nomen eius, gloria quoque & diuinitas in domo eius, & iustitia eius manet in seculo seculi. Ut ille plane est timor domini, & cum sollicitudine inquirendus. Qui enim sine ipso fuerit, non poterit iustificari. Non aliunde debuit ipsa

sapientia